

3
 q; non indignum arbitreris pulchre tibi ipse
 inuorum reatus facies; nihil de uisione
 perdit filio ignoscens pater, quia felicius
 multo est & laudabilius suis aliquem & iam
 in merito ignoscere, quam in suos & iam
 merito uindictari. uale. fuit. Item. Alia
 caritatis sorori saluianus.

Et si docente paulo apto quid conueniat nos |||
 orare nescimus quo sit ut interdum quid uel
 le aut gaudere oportet nesciamus. tamen
 ego pro communi humani generis affectu
 quo omnes admodum homines pie magis quam
 sapienter eos qui nobis curae sunt cupimus
 quam diutissime esse nobiscum gaudeo quod
 post grauem diuturnumque morbum spem
 & iam praesentis uitae indepta et quae futurae
 semper habuisti. Benedictus itaque dominus noster
 qui semper spiritus tuus fuit nunc praecipuae
 & iam carnis fuit & in te manens teque custo
 diens manum suam ex interioribus tuis usque
 ad exteriora perrexit nec solus sancta sanctorum
 sed & iam uestibula templi sui & circum septa
 seruauit protectionemque suam latius fundens
 fecit salutem animae tuae usque ad sanctitatem.